Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

E ante B

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

Earĭnus,pen.cor.ἐαρινός, Adoleſcentis formoſi nomen apud Martialem,à Vere dictum,quod Græci ἔαρ appellant.

Eaſo, onis, Promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vaſconum. Vtriuſq; autor Ptolemæus,lib.2.cap.6.

E ante B.

Ebion.Hæreticus tempore Trajani Imp.docuit Chriſtum eſſe tantùm hominem ex Ioſeph & Maria natum,& obſervationē cæremoniarum Moſis ad ſalutem neceſſariam eſſe.

Eboracum,ἐβόρακον Ptolemęo,Britannię civitas eſt, quam illi ſua lingua vocant Iorix.

Ebroe,ἐβρωή,Vrbs in Chananęa Iudæę,gētile Ebromus.Steph.

Ebrōn, ἐβρών, mons Palæſtinorum,haud longè à Gaza Syriæ civitate.

Ebrus.Vide HEBRVS.

Ebŭdes, inſulæ ſunt quinq; numero, in Oceano Britannico anguſto freto diviſæ, quarum incolæ(ut ſcribit Solinus) lacte ſolùm & piſcibus vitam agunt. A' Plinio Hæbudes dicuntur:à Stephano αἰβοῦδαι,diphthongo non aſpirata.

Ebūră,ἔβουρα Ptolemęo, ἔβουρα Stephano,oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ,cujus meminit & Plin.lib 3.cap.1.

Eburones [ἐβουρῶνες Hodie Leodienſes.Vulgò Liege. German. Lütticher.] Populi Galliæ Belgicæ,qui per fraudem multos ex Cæſaris exercitu trucidarunt.

Eburonices, Populi ſunt inter Celtas Aulercis, Lexoviis, & Vnellis,reliquisq; maritimis civitatibus vicini.

Eburum, ἔβουρον Ptolemæo , Moraviæ oppidum eſt. Germani vocant Olmung in Merhern.

Ebŭsŭs, ἔβυσος, Vulgò Iviza,Inſula eſt in mari Balearico altera Pytiuſarum,nullum animal noxium gignens. Plin.lib.3. cap.5:Ebuſi terra fugat ſerpentes, Colubrariæ parit:ideo infeſta omnibus,niſi Ebuſitanam terram inferentibus.Habet hæc inſula oppidum ejuſdem nominis,à Phœnicibus (ut putatur) conditum,aut certè à Pœnis,qui à Phœnicibus originem duxerunt.Silius libro 3:Iamque Ebuſus Phœniſſa movet, jamq; Artabus arma.

E ante C.

Ecameda,ſive potiùs Hecameda,ἑκαμήδη, apud Hom.lib.11. Iliad. nomen eſt filiæ Arſinoi, quæ capta Tenedo, Neſtori in prædam ceſſit.

Ecbatana, [ἐκβάτανα. Germ. Die Keyſerliche Hauptſtatt in Media]numero plurali,pen.corr.metropolis eſt majoris Medię, à Seleuco condita,teſte Plin.lib 6.cap.14.Strabo lib.11:Media in duas partes diviſa, quarum alteram majorem vocant, cujus metropolis fuit Ecbatana civitas,& Medici imperii caput, nunc etiā Parthi Regia utuntur. Hujus urbis meminit & Cic. in Oratione pro Lege Manilia,de Mithridate loquens:Vſq; in Hiſpaniam(inquit) Ecbatanis legatos miſit ad eos duces quibuſcum tum bellum gerebamus. ❡ Fuit & in ora Syriæ ejuſdem nominis oppidum,in mōte ſitum,poſtea Carmelum appellatum:cujus meminit Plin.lib.5.cap.19.

Echĕmōn,ἐχέμων, Priami filius,à Diomede occiſus, Homer. Iliad. 5.

Echĕnēŭs,per quatuor ſyllabas,& pen prod ἐχένηος, omniū Phæacum generoſiſſimus,teſte Homero lib.7. Odyſſeæ.

Echetla,ἐχέτλα,Vrbs Italiæ,Steph.

Echetla,ἐχέτλα,Vrbs Siciliæ.

Echetra,ἐχέτρα,Vrbs Italiæ, Steph.

Echinădēs,[ἐχινάδες. Ger. Zwo kleine Inſlen/gegen dem außgang des fluß Acheloi vber gelegẽ/im dē Meer ſo an Acarnaniam ſtoſſet.] Exiguæ ſunt inſulæ, Acarnaniæ adjacentes, ex adverſo oſtii Acheloi fluminis,natæ ex arena & limo impetu Acheloi convecto, teſte Plin.lib. 2.cap.85. De Echinadibus pulchrè Thucyd.lib.2,ubi de Acheloo. Ovid.lib Metam.8,involucro fabulæ verum occuluit, & ex Najadibus factas inſulas tradidit: quoniam hæ terrę fluvio adgeſtæ fuerunt.Statius lib.2.Theb.

Turbidus objectas Achelous Echinades exit. Lucanus:

Craſſus oblimat Echinades undis.

Seneca in Trojade declinat Echina, æ, pen. prod. Quolibet vento faciles Echinæ. Lege Dulichium in Steph. Qui etiam has inſulas circa Aetoliam eſſe ſcribit: & hoc nomen ſortitas ab aſperitate,vel Echinorum copia,vel Echino vate.

Echinon, Thraciæ urbs eſt ad Pegaſeum ſinum.Pomp. Mela lib.2,in Thraciæ deſcriptione.

Echīnus,pen.prod ἐχῖνος,ἐχινοῦς Stephano, Oppidum eſt Acarnaniæ, nō procul ab oſtio Acheloi,quod Echinadibus inſulis nomen feciſſe putatur. [Ger. Ein Statt nahe bey dem außlauff Acheloi gelegen.] Meminit hujus oppidi Plin.lib. 4. cap.1. ❡ Eſt item Echinus, oppidum in ora Phthiotidis ad Maliacū ſinum,circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cicer.in Arato:Dicitur excelſis errans in collibus amens, Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus. Recenſetur etiam à Ptolemæo lib.3. cap.13.

Echion,pen.prod.ἐχίων,Vnus fuit illorum,quorum opera adjutus Cadmus, Thebas ędificavit:de quo Ovid. 3. Metamor. Hinc etiam ipſi Thebani à Poëtis Echionidæ & Echionii paſſim appellantur.

E ante D.

Eddana,ἔδδανα, Vrbs eſt ad Euphratem, à Phœnicibus habitata:ita dicta ab Eddano duce,Steph.

Edeſsă,ἔδεσσα, Civitas eſt Meſopotamiæ, ſive (ut Plinius mavult)Syriæ Cœles,olim Rages dicta, teſte Hieronym. de Traditon.Hebraicis.In hac Abagarus Toparchus regnavit,cujus extat ad Chriſtum Epiſtola, & Chriſti ad eundem reſponſio: ut videre eſt apud Euſebium in hiſt.Eccleſiaſt.lib.1. Hæc olim etiam Bambyce dicta eſt. Strabo: Trans Euphratem eſt Bambyce,quam & Edeſſam & Hieropolim vocant:in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edeſſæi, ἐδεσσαῖοι,ἐδεσσηνοί, dicti ſunt Edeſſæ cives.

Edi,ἔδοι,Populi Scythiæ, Steph.

Editi, Ptolemæo, inſula eſt juxta Orientalem plagam Hiberniæ Andros Plinio dicta.

Edom [אדום Edôm ἐδώμ] Eſau dictus eſt,ob coctionem rufę lentis,cujus edulio primogenita perdidit. Hebræi nanq; (ut Ioſephus li. 2.ſcribit,) Edom rubeū dicūt.Vnde & regio,in quę regnabat Eſau,Edom dicta eſt,quā Gręci,deflexo nonnihil nomine Idumęam,ἰδουμαίαν,denominaverūt.Hęc nunc regio(inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ eſt in finibus Eleutheropoleos,ubi habitabāt antè Chorçi,qui interpretantur liberi:unde & ipſa urbs poſtea ſortita vocabulū eſt. Nunc viculus Palæſtinæ eſt à conditore ſic impoſito nomine.

Edon,ἠδών,teſte Servio, Mons eſt Thraciæ,aut certè Macedoniæ quę Thracię proxima eſt, qui à Plinio lib 4.cap.11,appellatur Edonus.

Edōnī,vel Edoni,pen.longa(apud Gręcos enim per ω ſcribitur)Populi Edoni mōti vicini. Horat lib.2. Carm.Non ego ſanius Bacchabor Edonis:recepto Dulce mihi furere eſt amico.

Edonĭŭs,& Edonus,adjectiva:Idē ſignificant quod Thracius. Virg 12.Aen. Ac velut Edoni Borcę quū ſpiritus alto Inſonat Aegęo Ad hunc etiam modū Statius dixit Edonas hyemes, pro frigore acerrimo,quale eſt in finibus Thraciæ.

Edonȳdēs,[ἠδωνίδες. German. Vnſinnige Weyber/welche dem Bacchus ſeine Feſt hielten] Mulieres bacchantes, quæ furore divino agitatæ,myſteria Bacchi celebrabant. Variis autem nominibus appellabantur: nam & Evantes, & Thyades, & Mimallonides, & Mænades, & Buſſarides dictæ ſunt. De his Ovid.Protinùs in ſylvis matres Edonidas omnes, Quæ videre nefas, torta radice ligavit.

Edonĭs,idis,ἠδωνίς,Civitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim ſedes,poſtea Antandrus dicta, Steph.

Edræi, Vrbs in Galaitide regione, vicina lacui Gadareno, ad quam cæſus eſt Og rex Baſan,quę poſtea ceſſit dimidiæ tribui Manaſſæ,trans Iordanem. Num 21.Ioſ.13.

Edumæi,ἰδουμαῖοι,vel ἰδουμαῖοι,Populi Arabici,Stephan. Vide EDOM & IDVMAEA.

Edūſa [Pol. ladi'aczawilgielka] ab edendo dixerunt veteres deam quæ eſui præerat: quemadmodum Potinam, quæ potui.Autor Nonius.

Edyia, ἐδυῖα, apud Heſiodum in Theogon: Nymphæ nomen eſt,Oceani & Tethyos filiæ.

Edyme,ἐδύμη,Vrbs Cariæ,Steph.

E ante E.

Eĕtĭōn, onis, ἠετίων, Pater fuit Andromaches, & ſocer Hectoris,qui apud Thebas Ciliciæ imperabat. teſte Homer. lib.12. Iliad. ❡ Hinc deducitur adjectivum Eetioneus, ἠετιώνειος. Ovid.12.Metam.Eetioneas implevi ſanguine Thebas.

Eetĭoneă,ἠετιώνεια,Alterum ex Piræei promontoriis,Steph.

E ante G.

Egĕlaſtă, æ, ἐγέλαστα, Oppidum eſt citerioris Hiſpaniæ, nativi ſalis fodinis nobilitatum.Plin.lib 31 cap.7: In Hiſpania quoque citeriore Egelaſtæ cæditur ſal glebis penè tranſlucentibus,cui jampridem palma inter omnia ſalis genera à pleriſq; medicis perhibetur.

Egĕrĭă(inquit Feſtus)Nympha fuit,cui ſacrificabāt pregnantes,quòd eam putabant facilè fœtū utero egerere. [Ger. Ein Göttin der ſchwangeren Weyberen] Vide AEGERIA.

Egeſinus,Philoſophus,Evandri auditor, Cujus meminit Cicero Acad.quæſt.lib 4.

Egeſtă,ἔγεστα,Civitas in Sicilia, quā Aeneas condidit, & ab Aceſtis matre Egeſta nominavit. Erat aūt Egeſta filia Hippotæ Trojani,quā pater, ne marinę bellug traderet, impoſitā naviculæ diis & ventis cōmiſit,quę tandē in Siciliā delata,à Crimiſo amne cōpreſſa,Aceſten edidit. Hæc poſtea Segeſta dicta fuit:& Segeſtani,incolæ: quorum meminit Plin.lib. 3.cap.8.

Egion,Vrbs inter Aetolos & Peloponneſiacos,autor Pōpon.

Egnătĭă, ἐγνατία Ptolemæo, Vrbs eſt Apuliæ,ad mare Ioniū, quæ hodie Iuvenatium dicitur.

Egra,ἔγρα Stephano,Oppidū Arabiæ,ad ſinum Elaniticū. Alia eſt ejuſdē nominis in Germania. [Ger. Eger am Böhemerwald]

E ante I.